



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XVIII. De Prælatorum electione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

## De Depositario Capituli.

## CAP. XVIII

**Q**VIA crescente in dies Congregatio negotia quoque crescere in dies manifestum est: adeò quod, nec Diffinitores, causasque Auditores, facile omnia expedire possunt. : Itaque ut eò facilius onera Capituli portentur, quo in plures distributa fuerint, eligatur a modò vnus Frater fidus & omnium opinionum carens, atque in computorum peritus, qui sit tempore Capituli Congregationis Depositarius. Qui quidem sic a Diffinitoribus eligatur. Quilibet Diffinitor autem Præsidentis vnum nominet, de quo nominati omnes balotentur: & si plures habuerit voces, Depositarius erit. Si verò plures in voce pares fuerint, Superior est Professione præferatur. Depositario quilibet prælatus conscribat in marsupia sua: & ipse Depositarius accipiat de marsupio cuiuslibet Monasterij taxam, ac etiam ratam Annatæ annuatim cuiuslibet Monasterio contingentem: & omnia in libro computorum annotet, ac etiam super bellis cuiuslibet Monasterij, à Prælato singulis annis deferendis, quæ scribenda conscribat: videlicet debita, & credita illius Monasterij cum Congregatione, videlicet annuatim, & taxarum supradictarum: & si quæ



præter eas tempore Capituli, aut intra annum, imponi contigerit, & similiter debita, & credita Præsidentis, Visitatorum, Procuratoris Congregationis, & aliorum ex Patribus, & Fratribus: qui nomine Congregationis aliquid receperint, vel exposuerint, prout prædicta per Auditores causarum diligenter examinata, & approbata fuerint. Residuum verò pecuniarum, quod in præfatis marsupiiis fuerit, finito ac publicato Capitulo de Patris Præsidentis licentia, cuiuslibet Monasterij Prælato vnà cum suo marsupio restituantur.

*De Monasteriorum examinatione.*

CAP. XIX.

**F**ERIA secunda tempestivè dicatur, sine cantu Missa de Domina: cui omnes interfint Diffinitores, nisi aliqui celebrare voluerint. Si solenne Festum occurrerit, ea die dicatur Missa de Festo, & fiat commemoratio de Domina.

2. Completa Missa pulsetur pro Capitulo, coadunatisque Diffinitoribus genibus flexis aliquantisper orent, factoque signo à Præsidente sedeant omnes: quem etiam modum teneant, quoties ad Capitulum celeb. andum ingrediuntur.

3. Fiant igitur primò per Scribâ Capituli duæ cedulae, in quibus pro dispositione Patris